



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Abductio, num. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

puella, sit fieret serva, plagium esset, pœnas, sive quæ sunt in corpore juris & vocaretur, quod est species furti, Canonici, & sive in Tridentino f. hæ non raptus.

6. Abductio: Hinc si per vim sine abductione de loco ad locum, fœminæ quis copuletur, peccabit quidem peccato contra justitiam, specialiter confitendo, sed propriè raptum e non committet. Idem dic, si per fraudem nam dolus & fraus violentia æquipollent, dd cum perinde fiat injuria contra justitiam. Pari modo si eamdem cognoscas, per vim duendo de uno cubiculo ad aliud, vel de loco ad locum non valde distantem, in eadem domo, seu prædio, non diceris propriè rapere, licet violentiam specialiter confiteri debeas, quia non est vera abductio illa, quæ mulierem in diversum moraliter locum non transfert.

e sup. §. 1. n. 2. dd l. unica. §. C. si quidem versus, pœnas autem c. de raptu virg.

8. Si mulier rapiat, abducaturque virum, etiam ad finem libidinis, non esse proprie raptum, docent merito non pauci, d apud Sanchez citatum: sed id intellige, quoad pœnas mox diendas, quæ solum fulminantur in viros rapientes fœminas, non contra ceterum, si vere adfuit violentia, adfuit & malitia contra justitiam; quare cum adsit etiam vera abductio, ut supponimus, non est, unde negandum sit, illum esse, quoad culpam, raptum.

d Ipse Sanc. Gasp. Hurt. Præp. Pont. Reg. alijque apud Dian. p. 29. tr. 16. ref. 83. contra Marant. Aversam, Maratum.

9. Hac, quoad culpam. Quoad omniumque dignitatum incapaces;

f Trid. sess. 24. c. 6. de ref. mat. g Leff. l. 4. c. 3. n. 68. h Azor. p. 3. li. 3. c. 15. i Mol. Sanc. alijque, quos cit. sequiturque Bon. de matr. qu. 4. p. 18. num. 10.

10. Iuvat autem hic afferre verba Tridentini. l Decernit sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manset, nullum posse consistere matrimonium. Quod si raptata à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in uxorem habeat:

& nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames,

&, si



&, si Clerici fuerint, de proprio gradu tum dirimens matrimonium, imo & deciderant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter, arbitrio judicis, dotare:

I Trid. Sejj. 24. c. 6. de ref. matr.

11. Haec tenus Concilium. Vbi noto primò, hoc decretum non habere locum in quocumque raptu, sed in aliquo dumtaxat. Quare si quis rapiat mulierem, causa libidinis, & non ad liberè matrimonio de præsenti consentrahendum cum illa matrimonium, non incurrit in prædictas Concilij poenas. Ratio est, quia Concilium his nil intendit præterea, nisi libertati matrimonij providere. Scio, Bonacinam non putare, decretum habere locum, etiam si sit ad solum finem libidinis, quod certè non est improbabile.

m Leff. l. c. n. 70. Sanc. li. 7 mat. d. 23. uu. 4. n Bonac. de matr. qu. 4. p. 28. nu. 2.

Rursus non habet locum in eo raptu, cui mulier consensit, licet in ipsis parentibus. Ratio est eadem, quia scilicet matrimonij libertas, quo Concilium collimat in hoc decreto, non dependet a parentibus, sed solum a muliere.

12. Noto secundò, ad pœnas incurriendas non esse e necesse, ut sequatur copula cum rapta; malitia enim raptus, saltem pro pœnis, satis compleetur per abductionem cum prædicto fine.

o Leff. l. c. n. 66. Sanc. l. c. n. 9.

13. Noto tertio, præter excommunicationem latæ sententias, quæ non sunt reservata, p & præter impedimenta

sponsalia, q quod non est pœna, sed dispositio legis, cæteras pœnas hujus decreti non incurri, nisi post sententiam judicis, ut ex alibi dictis constat,

p Sanc. ib. num. 1. q Sanc. ib. num. 17.

14. Noto quartò, licet abductio sponsæ, ipsa nolente, sit, quoad culpa, raptus, quia etiam sponsa debet liberè matrimonio de præsenti consentire, tamen quoad pœnas, probabile est, ejusmodi raptum non includi in hoc decreto, quia non est abductio strictè injuriosa, eam sibi recipere, quæ sibi illegitimè promissa est.

r Leff. l. c. n. 70. Hen. li. 10. c. 12. num. 5.

15. Ex his planis sient hi duo casus, Ignorantibus parentibus quædam mulier consentiens abducta est: rursus ignorante Cæsare adolescenti abducta est ab ejus amico quædam invita puella, ut eidem Cæsari illa puella in matrimonium traderetur; commissus est in utroque raptus, prædictis concilij pœnis obnoxius?

Respondeo ad primum, esse commissum raptum, quoad culpam, ut dictum est nu. 2. Quoad pœnas Concilij, non esse, / quia consentiente ipsa salvatur libertas matrimonij.

s Sanc. ib. num. 9.

16. Ad secundum; si neque per se, neque per alium Cæsar puillam rapiuit, ipse raptor & non est, atque adeo pœnas non incurrit: amicus etiam non incurrit, quia non est raptor pro suo matrimonio, de quo loquitur Tridentini decretum, quod cum sit odiosum,

sum, non est extendendum ultra ver-  
est. Ratio posterioris dicti est, quia, ut  
alia taceam, ad raptum propriè di-  
ctum, requiritur abductio de loco ad  
locum, ut ibidem notavimus.

*u Pelliq. in man. Reg. to. I. tr. 4. c.  
3. sec. 4. num. 70. x inclinat, sed non  
vult decernere Diana p. 9. tr. 8. ref. 2.*

## CAPUT SEPTIMVM.

*De peccato contra naturam.*

1. **I**N Methodo sic habes. « Quatuor sunt species, & quidem distin-  
cte aperiendæ, b quia habent  
turpititudinem, si non physicè diver-  
sam, quia omnes prodigunt semen si-  
ne spe generationis, certè ex recta ho-  
minum aestimatione, diversam mo-  
raliter; Mollities, sodomia perfecta,  
sodomia imperfecta, bestialitas, ad  
quam reducitur congressus cum dæ-  
mone. De singulis aliquid breviter  
delibabitur.

*a in Meth. conf. lib. 2. c. 7. §. 10. b  
Fill. tr. 30. c. 8. n. 142.*

## §. I.

*Mollities.*

1. **E**st pollutio voluntaria, si-  
ne coniunctione corporum, seu,  
ut definit S. Thomas, c est  
peccatum contra naturam, per quod  
voluntaria pollutio procuratur, extra  
concupitum, causâ explendæ delecta-  
tionis venereæ.

*c s. 7b. 2. 2. q. 52. art. 11. ibiq. Cajet.  
Si quis tamen, dum se polluit, con-  
sentiat, vel cogitet morosè in aliquam*

**Cc 3**

aliam

